

Wa
440





QK 4,12
d. 14,12.

Wa
440

Q. B. S.
DE
HERMUNDU-
RIS,
PRÆSIDE
M. GODOFREDO
ARNOLDI,
ANNÆBERG. MISNIC.

SENTENTIAM EXPONET
ADAMUS HERMANNUS,
Wiznizensis Lufatus,
Elect. Saxon. Alumnus.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(8AALE)

Ad Diem III. Aprilis, A. O. R. MDC LXXXIX.



WITTENBERGÆ, Typis JOHANNIS WILCKII.

27.



1508-1516

24-12

2. A. 2.
DE

HERMANNUS

RIS

PRÆSIDE

M. G. O. R. E. D. O.



ANN. BERG. MISNIC.

STANTIAM EXONIT.

ADAMUS HERMANNUS

Wissenschafts Lehrender

Elect. Saxon. Alumnus

Ab Die III. Aprilis A. O. R. MDC LXXXIX



WITTENBERG Typis Johannis WICKEL





... I. ...

Votiescunq; fortunam gentium
variam atq; incertam recordor: toties migra-
tiones eorum diligenter quidem conside-
ro; non magnopere tamen miror. Fortiores
enim populos vigor animi excitavit ac impulit; alios spes
lucris extra patriam procul egit, indignatos domesticam te-
nuitatem: plures in angusta loca coacti eruperunt ex la-
tebris, copiasq; familiarum dilatârunt. Ejus rei exempla
vel ex Hermundurorum similitudine posterius capiant:
quorum quidem vicissitudines ejusmodi fuere, ut meli-
oris notæ Scriptoribus commentandi præbuerint argumen-
tum. Commodius tamen mihi hoc eveniret; nisi tene-
bræ pleraq; hujus gentis involverent, argumentaq; hi-
storiæ obscurarent. Nunc dubiis sæpe conjecturis ad
liquidum omnia perducere non potero; sed notissima
solum gloriæ capita confectabor. Quamquam, dum res
eorum præcipuas animo sequor, procul studio facturus
sum, & explorata tantum ac conformia veritati scri-
pturus.

II. Gentem, de qua cognita mihi perscribam, dignum
gloriâ nomen ad posterius transmisisse credo: dumq;
pauca hæc non negligo, *Herae* cujusdam Deæ recordor.

A 2 Illa

Illa Junonem apud antiquos notavit, (a) & à plurimis
 culta fuit: (b) etsi à se invicem hic discedunt Auctores,
 ac jam Terram, matrem omnium, jam Aërem (c) priscis
 notasse putant, & ab ea Hermundurorum nomen deri-
 vari. At propius tamen à vero absunt, qui à Terra dictos
 suspicantur: (d) quin & longius quoque animo cogitatio-
 neque progressis fidem fecit nostrorum virtus, ut fortitu-
 dinis laudem eorum nomine contineri commodè sen-
 tirent. (e) Proinde, quæ *Hermetis* aut aliæ voces huc re-
 ferri possint, mirum videretur: nisi quidam patriam
 linguam negligere malint, & in exterorum commen-
 tis laborare. (f)

(a) Ex Græco id aperte intelligitur, ubi *Iuno* Ἥρα appellatur: sanè Theo-
 critus Ἰουλιανὸν Ἡραὶ Παλουμήχανον & *Lapis Basilidæ* nominavit apud
Reinesium class. I. infer. 243.

(b) Persuasum fuisse Saxonibus, δαυμόνιον istud M. Decembri per aërem vo-
 litare, suisque cultoribus omnem felicitatem impertire, significanter indicat
Gobel. Persona et. VI. Cosmodrom c. 38. conf. Th. Engelhus. Chron. p. 151. &
El. Schede de DIS Germ.

(c) Ἡρα terra ap. Græcos est v. *Vossius Etymol. L. L. f. 516. sed qui Terram expli-
 cant, Hertham ap. Tacitum legunt vid. P. Albin. Chron. Misn. tit. XI. f. 147.
 Emendat hinc inscr. Cl. Salmasii ad. Lamprid. f. 180. Th. Reines. cl. I. Inscr.
 39. f. 64. MATRI. DEVM. MAGNÆ. IDÆÆ. SVMMÆ. PARENTI.
 HERTHÆ. Alii ap. Tac. Herthum malunt. H. Conring. not. Crit. ad. h. l. p.
 98. & J. Lips. ibid. p. 560. Rectè a. Reines. Eras. Stellam Herthanos populos
 in Osterlandia & terra Plisnensi huc trahentem arguit futilitatis.*

(d) Ita *Jac. Dalechamp. ad Plin. L. IV. H. N. c. 14. p. 198. & B. Rhenan. L. III.
 Rer. Germ. f. 125. Hermiones olim Hertvvoners ab Hert. f. Erd. dictos ait.
 conf. Alsted. Chronol. p. 197. sed. H. Junius Hist. Batav. p. 357. cum. J. G. Beca-
 no Thernidvvoners vel Herdmitvvoners arbitratur appellari.*

(e) Id *Albinus ad veritatem credidit per Heermänner interpretatus f. 26.
 Consentit J. Aventin. Nomenclat. loc. Germ. Heermannum ab Heer de-
 rivat Vossius L. II. de Vit. Serm. c. 9. p. 229. v. c. Peucer. P. III. Cbr. Car. L. IV.
 p. 609. Althamer. ad Tac. Germ. p. 111. El. Reusner. Qv. Hist. 2. Bernegger.
 ad Tac. qv. 7.* (f)

(F) Nisi quis huc referat, quæ de Mercurio ap. Saxonas culto Adam. Brem. commemorat. L. I. H. E. c. 6. p. 8. & Avent. L. IV. An. Boj. G. Fabric. He doe- por. p. 86. Middendorp. L. V. de Acad. p. 117. Bruscb. Chr. Monast. Germ. p. 451. Engelb. l. c. p. 152. Lips. ad Tac. p. 549. Irminfulam quoq; ejus honori dica- tam statuunt M. Crusius L. XII. An. Sæv. P. 1. c. 1. Barth. L. IV. Adv. c. 7. f. 168. G. Fabric. Orig. Sax. L. II. Alii de Arminio s. Herminio intelligunt, ut Dresserus, Spalatinus & c. conf. H. Meibomius de ea, Opusc. Hist. p. 3. seqq.

III. Atq; hæ sunt omnes, quæ de nomine hoc invalue- runt, divinationes: quas non disquiro prolixius, & gen- tem potius à suis principiis repeto. Latè autem patet disquisitio de Sævvis veteribus, ex quibus Hermunduri suam trahunt originem. Ante omnia enim pro ex plo- rato habeo, *Hermiones* Germaniæ populum esse: quos etsi C. Plin. Sec. (g) Istævonum tantum partem nominat, tamen C. Tacitus inter tres primas Germ. nationes col- locavit. (h) Quondam hos inter *Rhenum* Oceanumq; medios *Danubium* versùs coluisse J. Aventinus memo- rat; (i) alii quoq; nostris temporibus sedes eorum *Tu- ringos*, *Misnenses*, *Bojohamos*, *Lusatos*, *Silesios*, *Mora- vosq;* & *Polonos* tenere scribunt. Qui Plinium interim sequuntur, ab *Hermanno* eos, (l) seu *Hermione Istævonis* F. & Vto Germ. R. derivant, & ante *Noæ* quoq; tempo- ra in *Misnia* *Lusatiaq;* & vicinitate suis præfuisse tradunt; non argumentis idoneis judicantes, non tabulas produ- centes, aut exhibentes testem judiciumq; firmum. (m)

(g) L. IV. H. N. c. 14. ubi tamen Dalechamp. ex Herm. Barbarimente sic legit. Cimbri & Mediterranei Hermiones & c. ex Plinio habent Zeiller. I- tiner Germ. T. II. f. 10. & Albin. l. c. f. 16. (h) de Mor. Germ. c. 2.

(i) L. 1. An. f. 11. & cum eo. Ph. Cluver. L. III. Introd. Geogr. c. 3. p. 174. vid. Da- lech. l. c. Peucer l. c. p. 609. (l) De isto Hermione videat. Avent. L. I. f. 12.

Cluver. L. I. Germ. Ant. c. 9. f. 69. & c. 32. f. 227. N. Reusner. carm. de vet. Ger. orig. (m) Auctor erroris Berosus fuit ap. Albin l. c. quem tamen

Annii Viterb. fraude suppositum confirmant plures. vid. L. Vives ad. L. XII. August. de C. D. c. 1. J. f. Scaliger, L. I. de Emond. Temp. f. 3. G. J. Vossius L. I. de H. Gr. c. 13. p. 85. & L. III. de H. L. c. 8. p. 609. Barth. L. XLIX. Adv. c. 4. f. 2287. Morhoff. L. V. Polyb. c. 6. p. 50.

IV. Id unum confidenter affirmant Auctores, & ex vero quidem, diversas Hermionum nationes fuisse: (n) Sed *Svevorum* nomen tam latè aliquando patuit, ut *Semnones* pariter *Langobardosq;* & ipsos *Hermunduros* complecteretur. Testatum id auctoritate Scriptoris Romani est: (o) cujus mihi causam ipse videtur suppeditare, cum inter primarias Germaniæ gentes hanc nominavit. (p) Horum verò ultimam, & quoad respicere possum, originem, in Scythiæ parte reperio, ubi nunc *Livoni Prusig;* sunt. (q) Sed historiam eorum fortunamq; & res gestas alii dudum, & si non similibus sententiis, edisseruerunt. (r) Tantùm operæ pretium est, nosse, nomen *Svevorum* *Hermunduris* impositum ævo seqviore fuisse: (s) quam rem æstimanti inde loqvendi ratio videtur orta, quòd amplior natio, clariorq; & fortior non inter *Svevos* esset.

(n) *vid. Plinius l. c. Cluver. Geogr. L. 5 c. cit. p. 174. (o) Corn. Tacitus is est L. IX. An. c. 29. & c. 41. M. G. Suffragatur quoq; Strabo. L. VII. Geogr. scribens: Μέγιστο μ.ν τῶν Σαήθων γένος· διήκει γδ διπὸ τῆς Ρήνης μέχρι τῆς Ἀλβιῆ· μέγιστον δὲ τῶν αὐτῶν καὶ πέραν τῆς Ἀλβιῆς νέμεται κατὰ πρὸς Εὐμυδοροῦ καὶ Λαγκόσπεροι. (p) c. 2. de. M. G.*

(q) *In eam sententiam Lucanum adducit Jo. Bœmus Aubanus in Svevia per Goldastum edita p. 24. (r) Vid. M. Crasius Chron. Sæc. Francof. 1593. editum & quos Goldastus vulgavit Rerum Sæv. Scriptores ibid. 1605. præter hos conf. Matth. Michoviens. de Sarmat f. 46. seq. Zeiller Itin. p. II. f. 46 seq. Albin. Chr. tit. III. f. 60. aliq;.. Antiquissima certè amplissimaq; gens fuit, prout Strabo L. IV. J. Cesar. L. IV. de B. G. Ethic9 Cosmog. p. 40. P. Orosius. L. I. Hist. adv. gent. c. 2. f. 3. Avent. L. VI. f. 372. Cluver. L. III. Geogr. c. 3. p. 172. seq. ceteriq; testantur. (s) Huc vid. Cluver. L. III. G. A. c. 28. f. 606. & Geogr. p. 175. Zeiller. l. c. f. 84. V. Cum*

V. Cùm hæc per se indicia sunt, Hermunduros Svevica esse nationem: tum ea quoque non obscura prorsus, quæ à sedibus eorum variis migrationibusque sumuntur. In eo enim plura me confirmant, antiquissimis temporibus illos inter *Salam* & *Albim* vixisse: ibi nempe, ubi nunc *Misnia Saxonieque* superioris partes & *Variscorum* regio est. (t) Itaque, si quis designare eorum terminos cuperet; is ad Sept. quidem *Semnones Albi* fl. separatos, ad Orient. montes *Sudetes*, (u) saltusque *Hercynios*, ac proximè his *Marcomannos Bojohæmo* insedisse reperiet. Tum justò ordine delatus ad occidentalem mundi plagam *Alemannos Cattosque* circa *Mænum* fl. & sylvam *Gabretam* videbit habitasse. Quo factò vera interdum falsis mixta ab aliis, nec Melam facile nobis satis facere posse intelliget, qui ultimos Germaniæ appellat.

(t) Interpretatio huic instituto consentanea est Ph. Cluveri l.c. Geogr. p. 175. ante quem Peuceirus m. hanc rem ita definiit l. c. p. 620. & post utrumque Zeiller. l. c. f. 10. vid. Raim. Marlian. Ind. ad J. Cas. p. 308.

(u) Cheruscos à Svevis Baceni sylvam distinguit J. Cesar testatur L. VI. de B. G. quem locum Jo. Theobaldus Descr. Bohem. de Sudetis accepit. vid. de his Ptolem. l. II. c. XI. (x) L. III. Situ Orbis.

VI. Omnia jam nunc suis spatiis distingvam, & de Misnia primùm, quæ dixi, comprobabo. Pervulgatum illud R. Reineccius pronunciat: (y) & aliorum judiciò prorsus ignotum est, quam gentem *Misnia* ante *Hermunduros* foverit. Luculenter tamen Vellejus eorum fines descripsit, dum *Albim* flumen eos præter fluere, alveoque suo à *Semnonibus* dirimere scripsit: (z) quos alii *Misnie Lusatieque* & *Marchie* partes insedisse testantur.

(a) Quod facit ut meritò de seramus Strabonem trans
Albim

Albini nostros collocantē: (b) nec Albini fidam rationi, qui ex illius auctoritate assertum probavit. Neq; tamen, si vera prædicare libet, improbo, quod hic de salis fonte ex Tacito (c) huc refert, cum *Hermunduri Cattiq;* flumen gignendo sale fecundum armis ferroq; peterent. Id flumen Salam fuisse patet, loca in hodiernum usq; diem his rebus nobilissima alluens, & insignem Misniæ partem irrigans. Nam si vel maximè tractum istum non possedissent nostri: tamen tunc ditionibus suis addidisse credendum est, cum Catts proeliò superatos de his commodis deturbarent. Non displiceret quoq; aliorum intempestivè sedulorum cura, ex *Speculo Saxonico* dicta declarantium, (d) dum Principes Misniæ Proceresq; alios ad Svevos originem referre cõminiscuntur: nisi credulas sibi aures fabulis impleri fuissent passi. Multò minus nomina locis quibusdam ibi imposita id confirmare puto, quippe ex lingua *Slavorum* profecta. Scilicet non incertis opinionibus commentisq; veritas nititur: nec fabulis comparanda populo gloria est, quæ radices agere debet & propagari. Id Eras. Stellæ non fuit pensi, qui *Helmionem* quendam, & ab eo *Helmiones* aut *Helmanticos* finxit & terram, quam describit, antiquissimo vocabulò *Helmoniam* dictam voluit comprobare. (e)

(y) *Commentar. de Orig. Misn. per El. Reusn. Latinè conversò f. 211.*

(z) *L. II. Hist. c. 116.* (a) *De Semnonum sedibus confer. Peucer. p. 617. Cluver. L. III. G. A. c. 25. f. 599. & Geogr. L. III. c. 1. p. 170. 176. J. Lips. ad Tac. p. 559. Zeiller. Itim. P. 1. f. 11. & c. 2. f. 648. qui c. IV. f. 112. eos circa Dresdam versus Lusatiam & Bojohæmiam habitasse existimat.*

(b) *Lib. alleg.* (c) *L. IX. Annal. c. 57.* (d) *Non obscure ibi indicatur. Svevos*

midia

Svevos Saxonibus cum Langobardis in Italiam profectis regiones eorum occupasse, uxoresq; sibi junxisse; ex his natos liberos Auctor Svevos dicit. v. Lib. I. artic. 17. Et gloss. ib. ac L. II. Art. 12. col. 6. Sed fabulis plenum esse librum ostendit H. Conring. L. XXX. de Orig. Jur. Germ. p. 199. seqq.

(e) *Comm. de pop. Et reb. priscis ora inter Albim Et Salam.*

VII. Superioris Saxoniae non quidem totus tractus ab Hermunduris fuit habitatus: attamen vel praecipua pars istius sedem illis praebuit. Nam praeterquam, quod de salis fontibus ex Tacito novimus, qui *Halas Saxonum* subindicant: ipsi partem quoque Albis, quae ultra Misniam est, videntur tenuisse. Nam & *Semmones* trans Albim eousque pertinuisse ex Vellejo Pat. colligere licet: *Langobardi* autem tunc nondum suis egressi finibus, *Magdeburgicum* incolebant agrum. Denique quod de *Variscorum* tractu addidi, non minus cognitum habeo, ac vel ex situ terrae istius judico. Neque enim prorsus ratione caret, quod Scriptores in his rebus multum versati in illo angulo versus *Bojohæmum* inter Salam & Albim, montesque *Sudetes* intercepto *Hermunduros* constitisse dicunt: (f) quamquam non exquisitè de tota regione affirmare velim.

(f) *Eò respexit G. Fabric. in delineat. terra Misn. ap. Albin. f. 59. conf. Cluv. l. c.*

VIII. In his tam salubribus copiaque rerum abundantibus terris non prius orbi innotescere coeperunt nostri, quam in bellis ea praecclare gererent, unde posterius laudum indicia sumerent. Equidem vicissitudines etiam illis fuisse video, & infortunium eorum eò pertinuisse, ut major illis inde gloria nasceretur. Nam etsi *Cl. Drusus* diligenter suas egisset partes, nec vili tanta ei victoria constitisset: tamen nihil ex successu habuit violentum *Vari*

B

con-

consilium, durum servitutis jugum barbaris difficulter
laturis. Quæ res funestum habuit exitum, cum Svevi,
quæ erant ferociâ, facto impetu castra invaderent, ac tres
omninò legiones memorabili clade afficerent. Quæ
simul ac in Italia audita est, tanto luctu totam implevit,
ut ipse *Cæsar Octavius Aug.* amens dolore (g) exclamâ-
rit, nemoq; *Scriptorum Rom.* id sine dolore comme-
moret. (h)

(g) *Non dissimulat hoc Suet. Tranqv. c. 23. in vita.* (h) *Cheruscorum, Sve-
vorum ac Semnonum in hac historia meminit Florus L. IV. c. 12. conf. C.
Tacit. L. II. Ann. c. 45. Plin. Sec. L. VII. H. N. c. 45. Vellej. L. II. c. 117. & 71.
Eand. cladem Seneca etiam innuere epist. 47. putant J. Lipsius ad
Tac. p. 22. J. Schegkiius not. ad Vellej. L. II. & J. Grater ad. Sen. epist. a-
nimadv. p. 424. Ceterum cladem inter op. Dietmelle & Horn in Dul-
gibinis contigisse affirmant Cluv. L. III. Geogr. c. 3. p. 173. & in Diss. de
Arminio Dn. Schurzleischius.*

IX. Ac Hermunduros quidem meos hoc certamen
non detrectasse manifestum est, cum, quod Svevi hîc
generatim nominentur, tum quod aliis quoque rebus
præclarè fortiterq; gestis celebres sint. (i) In primis a. usu
didicerunt Romani, non ad voluntatem fluere omnia,
quæ adversus tam bellicosam gentem moverent: quando
factum tyrannidemq; Præsidum non diu perpessi sæpe
dominatum ab iis abalienârunt. Illustris enim est *Jubillii
Hermund. R.* conatus, qui cum Svevis suis *Vannium* à Dru-
so sibi impositum regnò pepulit, (l) & pro libertate sa-
luti anteposita dimicavit. A quo tempore plus incre-
menti rebus eorum allatum est, metu quoque vicinos
populos invadente, non inanibus formidinis caussis
commotos. Quarum exempla vel ex *Cattis* capere po-


te

terant, quibus cum nostri de Salis fontibus certantes res
suas prosperè gesserunt. (m) Magna verò non multò
post rerum conversio facta est; quum mox ostentare-
tur occasio, omnibus ab *Illyrico in Galliam usq;* populis
adversus Romanos excitatis. (n) Itaq; cum *Marco-*
mannis, Nariscis, Qvadis, Svevis Sarmatisq; belli for-
tunam audacter quidem, sed infeliciùs tentârunt, &
magno labore, magno *Imp. Antonini* apparatu victi
sunt. Tam turbidis autem Romanorum rebus move-
rant sese tunc versus Danubium, in Noricum vel o-
mnes, vel pleriq;, & qui arma ferre possent, effusi. (o)
Quod eò consiliò fecerunt, ne hostes patriæ propio-
res fierent: maximè verò, quod *Harudes* finibus suis
excesserant, commodamq; nostris commonstraverant
sequendi rationem.

- (i) *Consentit hic Albinus f. 27.* (l) *Id ap. Tacitum L. II. Ann. c. 63. le-*
gere licet, & qui ex eo refert B. Rhenanus L. I. Rer. Germ. f. 27. For-
tè m. Vellejus subindicavit, L. II. c. 118. seqq. de Maroboduo commenta-
ris, cui Svevorum gentes quasdam tunc paruisse ex Tac. L. II. Ann. c.
45. novi. (m) *Vid. Tac. L. XIII. An. c. 57. Ern. Brotuffivius L. II. Chron.*
Merseburg. c. 4. Similem Burgundionum cum Alemannis pugnam ad
Salam Franciæ orient. fl. Amm. Marcellin. L. XXIIIX. commemoravit.
(n) *Quam rem Jul. Capitolin. posteritatis memoriæ servavit in M. Anton.*
Phil. & ex eo alii. v. Peucer. l. c. p. 620. Bücelinus Rhetia sacr. & propb.
p. 51. (o) *Albin. tit. III. f. 63. Zeiller c. II. f. 10.*

X. Quamobrem iis parvam fortè fidem habebunt
rerum patriarum peritiores, qui necessitate compul-
sos & à Mysis quidem coactos hinc discessisse putant.

(p) Quamquam ita sentire necessum fuerit illis, qui
Myfos in Misniam post Hermunduros demigrasse di-



cunt, nomenq; regioni indidisse. (q) Parum tamen
 habet ponderis, quod vacuas Hermundurorum sedes
 mansisse perhibent, nisi Mysos illicò successisse pro-
 nunciemus. Ac supervacuum quoque est, quod de
Vandalis asserunt, & annorum intervalla non exqvifi-
 tē partiuntur: quos hūc vicinīæ pervenisse ajunt, &
 hos cum *Venedis* manifestò confundunt. (r) Etenim
 de Sorabis, Slavorum gente, apertum, eos Misnensem
 terram & vicinas occupasse, constanterq; ibi mansisse.
 (s) Ac quamvis nullum inde metuendum incommo-
 dum sit, si vacuum colonis ad tempus mansisse hanc
 terram dicamus: tamen eò magnopere non est opus;
 & si de Venedorum adventu temporum ratio non sa-
 tis nota sit.

(p) Ita sentiunt R. Reineccius Orat. de Misn. & prefat. ad Ditmarum Chron.
 it. Albinus l. c. f. 39.

(q) Plures Pb. Melanchthonis sententiam secuti ita statuunt: ipse qui-
 dem Orat. de Orig. Misenorū recitat. à D. Homilio & edita una cum
 Comm. Reinecciano f. 211. seqq. Albin. Chr. tit. I. f. 11. III. f. 44. V. f. 61.
 seqq. Peucer. Comm. de mutat. Orig. & migrat. gent. Genn. Avent. L.
 IV. f. 191. N. Chytræus Hodoepor. ind. aliq;. Quos optimè omnium,
 quod sciam, Cluverius refutavit LI. G. A. c. 3. f. 29. ac cum eo Zeiller. c.
 IV. f. 62. Itiner. Matth. Dresser. Isag. Hist. Mill. V. p. 499. seqq. & Dn.
 Schurzsteischius diss. de Marchia Misn. §. 2. quin & G. Fabricius L. I.
 Ann. f. 16. aliq;. Ditmarum L. I. Chron. p. 9. secuti non dissentiunt, &
 terram istam à rivulo Misna appellatam verosimilius putant.

(r) Adest hic conspirans omnium meliorum Historicorum consensus; Spe-
 ciatim B. Rhenani L. II. Rer. Germ. c. 1. Cromeri. L. I. Rer. Pol. c. 6. f. 10. Cyr.
 Spangenberg. Chr. Sax. c. 24. Dresseri l. c. p. 452. Conring. de Fin. Imp. c. 26.
 p. 232. & 244. Bangert. ad Helmold. L. I. c. 2. Cluver. L. III. c. 44. f. 681. seqq.
 Hartknock. L. I. de Rep. Pol. c. 1. p. 8. & c.

XI. Deniq; duo sunt, quæ rem causamq; hanc prorsus incertam reddunt: alterum est, quod immutatio illa tum contigisse dicitur, quando omnes Germaniæ populi Romanos infestarent. Quis autem credat in tanto tumultu Mysos ex ultima Illyrici parte hostium turmas penetrasse, & in hac ultima Germaniæ regione consedisse? Accedit, quod nec alienum à vero censeo, reliquias Hermundurorum in hunc diem mansisse ibi: quod Myfi non fuissent concessuri, sed vi armisq; omnes expulsuri. Idemq; de Voigtlandia Saxoniaq; superiori concedi debet, quibus Hermunduros, victam gentem, non passi essent victores inhærere: nec tamen illa loca Myfi occupârunt, cum eodem alias & nomine & finibus fuissent descripti. Verùm cogitanti Hermundurorum abitum ex his terris crebra Auctorum mentio succurrit, quâ ad Danubium dicunt animo manendi consedisse. (s) Cui rei temporum ratio convenit, quando Tacitus propiores Romanis factos suo tempore & in Rhætia coloniam habere scripsit. (t) Id quod de lacu Brigantino imprimis interpretatus est Cluverius, (u) & eò potissimum tractu, cuius ille pars fuit, qui *Svevia* nunc appellatur. Sed de illis Taciti verbis operosior verè inquisitio est, quibus Albis fontes exposuit, & terminos Hermundurorum iustò amplius protulit. (x) Etsi vero non desunt, qui non fallere ejus affirmationem putant; (y) tamen ipsum Cornelium eorum oblitum esse dixerim, quæ paullo
- antè

antè de Marcomannorum cum Cheruscis certamine
scripserat, Maroboduum nempe R. castra in colles sub-
duxille. (z) Jam isti quidem colles *Sudetes* sunt, *Mis-*
niam à *Bojohemia* separantes: quando Maroboduum
defensum Hercyniæ latebris Arminius risit. (a) Ad *Al-*
bis vero fontes Rex se recipere non potuit; tum, quod
iste montium tractus illi non esset subiectus; tum, quod
Semnones, qui ad hostes desciverant, parti Hercyniæ
quàm proximè imminerent. Quare non est, quod
quis aliter rem exponat, eos à Tacito colles indicari,
quibus oppida nostris temporibus non prorsus ignota,
Annæberga & *Mariæberga*, imposita sunt. In illis Ma-
roboduus salutem quæsit, & ab Arminii vi tutum sese
existimavit. Non video igitur quâ quis ratione adducto
Hermundurorum fines ulterius & ad *Albis* usque fon-
tes proferre velit, quos circa *Annæbergam*, & in ipsa oc-
cidua *Sudetum* parte describi oportet. Tacito autem
vera *Albis* origo planè ignota fuit, vel *Egram*, vel *Mul-*
daviam cum illo confundenti; quem suo tempore au-
diri tantum (b) prodiderat, cuiusq; fontes Ptolemæo
quoque non satis fuerunt explorati. (c)

(s) Satis planè ex Strabone Teutonico scribit *Aventin*, tertiam *Suevorum*
partem juxta *Danubium* esse. L. I. f. 11. Conf. C. *Rhenum* L. III. R. G. f. 105. &
L. I. f. 80. it. L. II. f. 112. ac L. IV. f. 179. (t) de M. G. c. 41. (u) l. c. ex P. *Dia-*
con. L. II. c. 15. & III. c. 18. (x) l. c. (y) Sanè ex eo *Albinus* probatum ivit,
etiam *Bojohemie* partem *Hermundur* tenuisse tit. XIII. f. 175. In me-
dio reliquit *Peucer* l. c. p. 620. (z) L. II. An. c. 46. (a) ib. c. 45. (b) c. 41.
(c) L. II. *Geogr.* conf. *Cluver*. L. III. G. A. c. 28. f. 608. & c. 49. f. 715. Exstat
quoque hanc in rem J. *Dubravii* sequentia L. I. *Hist. Bohem.* p. 41. Sed hoc
idem

idem Tacitus de illo (*Albi*) parum exploratè, quod in Hermunduris oriri addiderit. Non enim apud Hermunduros Albis, sed apud Bohæmos oritur.

XII. Cum v. tales essent Hermundurorum fines, (d) non peior quoque fortuna fuit, & loco meliore res eorum esse cœperunt. Tunc enim totâ regione redditio à Romanis in arctiorem consuetudinem sunt admissi ob fidem eorum atque integritatem. Quæ laudis debitæ prædicatione ornârunt eos Romani: (e) quos tamen servitii ingenium tribuere illis non oportuit, (f) à quo se longissimè abhorrere cum successu declarârunt. Sed & Tacitus à suspitione hac eos liberavit, (g) & alii inter gentes asperrimas retulerunt, (h) & si quando vinci eos contigisset, divini muneris locò habuerunt. (i) Vero enim simile est, pleraque de nostris intelligenda esse, quæ sequentium temporum Scriptores Svevos peregrisse commemorant. Quod, ut his, quæ §. V. scripsi, consentaneum est: Sic res eorum non parum illustrat & de Hispanica imprimis expeditione memoret, quam persequi calami temporis chartæque spatium non concedit.

(d) Etiam sec. II. sub Maximiniano Imp. his finibus inclusos fuisse ex Jordanande c. 22. Rer. Get. f. 1099. ed. Grut. intelligitur, qui Langobardis à Sept. Hermunduros vicinos fuisse tradit: sed clariùs alibi Svevis ipsis ab Oriente Bajoarios proximos esse, ait. (e) c. 41. de M. G. ex quibus verbis laudandi Misneses argumentum sumsit Melanchthon. (f) LVIII. An. c. 30. (g) LXIII. An. c. 57. (h) Cæs. IV. B. G. v. Vellej. L. II. c. 16. (i) Per scriptum id à J. Capitol. est loc. alleg.

XIII. Illud hîc non planè omittam, non iisd. semper finibus eos mansisse inclusos, sed diversis temporibus
jam

Wa 476 BK

jam prorogasse hos, jam coarctasse. Ego v. tutiorē viam
ingressurus regiones, prout hodie vel nominantur vel
distingvuntur inter se, adscribam. Ac primū qvidem
Ducatus Suedici portio hūc spectat; quamquam secun-
dū alios latiūs hūc eorum pateant fines, & per totam
ferē Sveviam extendantur, ac vel hoc disputationem nō
desideret, eos Sveviam colere nondū desiisse. Idem de
Palatinatu Superiore & ejus qvidem exigua parte circa
Noribergam & de *Francia* partibus intelligunt, quas
vel sinistra *Moeni* ripa alluit, vel *Marchionatus Culmbacensis* ce-
lebres reddit. Porrō *Coburgensem Ducatum* illis vendicant &
Voigtlandiam cum maxima *Misnia* portione ac adjacente
huic *superiore Saxonia*. Hæ sunt in primis regiones, quas incolā-
rum suorum nec hodiernum pœnitet: etsi jam continuo tractu
à *Salæ* *Albisq;* confl. ad *Danubium usq;* sedibus suis inhæsisse
non possim affirmare. Id nescio, qua ratione factum sit, ut
Misnenses plerumq; jam per *Hermunduros* intelligatur, ac ipsi
sibi quā sapissimè id nomen tribuant. Quæ res apud exteros
quoq; non fuit ignota: ac speciatim dignum memoratu est,
quod inter peregrinandum *Geor. Fabricius Romæ ante templum*
Minervæ legit, ubi *Nicolaus Schoenbergius, Nobilis, Cardinalis &*
Capuæ Episcopus in tumulo ex *Suevis Misnensibus* dicitur pro-
gnatus. Qua dere mihi suspicio enata est, auctorem hujus in-
scriptionis *Speculum Saxo.* fortè secutum fuisse. Quod cur non
probet aliquis, ex dictis constat; ac quid de *Misnensium* opini-
one habendum sit, facile potest existimari. Nam & in *Misnia*
& alibi non una semper habitavit natio: nec in semel receptis o-
pinionibus veritati sæpe non est locus; ac perperam interdum
prisicarum gentium nomina usurpantur, plurimiq;
ad dubios nec satis exploratos majores ori-
ginem referre solent.

viam
ur vel
idem
ecun-
otam
m nō
m de
circa
qvas
sis ce-
ant &
cente
cofa-
tractu
aſſe
, ut
ic ipſi
xteros
u eſt,
plum
lis &
pro
us in-
r non
opini-
Miſnia
otis o-
rdum

ULB Halle

3

004 967 585





QK 4,12
d. 14,12.

HE

M. G

ADA

Ad Diem


WITTE

DU

DO

NUS,

XXIX.



II.

Wa
440

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

27.

